

Halle

25.2.2.2.

25.2.2.2.

~~B. VIII. 22.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
IV. A. 291 VITEBERG.

SIGNAT. CCCXIII.

NK



4.


בָּחֲנוֹת
טֻמְיִם
seu de
ACCENTIBUS
EBRÆORUM
Exercitatio.

Qvam
IN ALMA WITTENBERGENSIMUM
ACADEMIA
Publico Eruditorum Examini
proponunt

PRAESES
M.CONRADUS TIBURTIUS RANGO
Colbergâ-Pomeranus.

&
Respondens
BARTHOLOMÆUS GADEBUSCH
Treptoâ-Pomeranus
Ad diem 14. Jul. Horis matutinis.
In Auditorio Minor.

WITTEBERGÆ,
Typis JOBI WILHELMI FINGELI,
Anno 1660.



I. N. R. I.

A

SECTIO I.

quæ agit de

PROPÆDIA

l.

Natura

ACCENTUATIONIS

EBRAICÆ.

MEMBRUM I.

DOGOMATICUM.

SUMMA.

Definitio, Enumeratio, Divisio Ratione Lo-
cii & Officij, Tabula item consecutionis
Naturalis adducitur, cum necessaria
Explicatione.

I.

ACCENTUATIO est affectio orationis
Ebrææ in decenti ac legitimo accen-
tuū positu consistens: ad eruendum ge-
nuinum sensum.

II. ACCENTUS sunt notulæ Interpu-
nctioni inservientes.

¶ *Autores Accentuationis & Accentuum E-
brai appellant הטעמים הבעלם h.e. Magi-
stros accentuum. MÜNSTERUS Excerpt.
e. Lib. R. Elia Lev. lit. O. fac. 2.*

¶ *Accentuatio nomen ab ipsis Accentibus
A 2 sortita*

sortita est, alias à LATINIS Distinctio appellatur. Interpunctionem CICERO nominavit. Ab ISIDORO & DIOMEDE Positura. GRÆCIS θέσης, vocatur.

¶ Accentus, quasi ad cantus dicitur, eò quod ad vocem positus, vocem modulis certis tollere aut deprimere, certisq; modis corripe-re & producere doceat. SCALIGER. de Caus. L.L. cap. 52.

¶ Pausas alio nomine dixerunt à Pausandi officio, quod in certis interstitijs naūe doceant. CLENARDUS Erot. Hebr. Ling. Pausantes accentus nominat. Vid. PETR. MART: in Technol. Hebr. Gramm. c. 10. CICERO L. 3. de Oratore. Clausulas & Interpuncta: GRÆCI τεργωδίας, quasi τεργός ὁδὸς quod ad cantum seu modulationem adhibe-antur. EBRAEI טעם quod saporem, gustum notat, vocant.

III. ACCENTUUM occurrit observanda Enumeratio & Divisio.

IV. ACCENTUS sunt XXVI. qvorum se-quitur enumeratio.

1. Athnach. בְּ Suspirium. אַתְנָח

2. Darga. בְּ Gradus. דָרְגָא

3. Geresch. בְּ Expulsor. גַּרְשָׁ

4. Je-

4. Jerach.	בָּ	Luna.	ירח
5. Ithiv.	בָּ	Reversum.	יתוב
6. Kadma.	בָּ	Antecedens.	קרמא
7. Karnepara.	כָּ	Cornua vaccae.	קרני פרה
8. Mahpach.	בָּ	Inversum.	מחף
9. Merca.	בָּ	Productor.	מרכז
10. Merca Cōp.	בָּ		
11. Munach.	בָּ	Depositum.	מונח
12. Paschita.	בָּ	Extensor.	פשתא
13. Pazer.	בָּ	Dispergens	פזר
14. Psik	בִּ	Cessator	פסיק
15. Rvia	בָּ	Incubans.	רבייע
16. Rvia Comp.	בָּ		
17. Segolta.	בָּ	Monile.	סגולתא
18. Schalschel.	בָּ	Catena.	שלשלת
19. Silluck	בָּ	Finis.	سلوك
20. Tvir.	בָּ	Fractus.	תביר
21. Tiphcha	בָּ	Defatigatus	טפוחא
22. Tlischa m.	בָּ	Evulſor m.	תליsha גרולה
23. Tlischa. p.	בָּ	Evulſor p.	תליsha קטנה
24. Zakeph,m.	בָּ	Erector p.	זקף גROL

25. Zakeph. p. ב Excedor p. מְקַפֵּה

26. Zarka. סָרָק Sparfor. וָרָקָא

V. Dividuntur vel Ratione Loci, vel Ratio-
ne Officij.

VI. Ratione Loci Generalis, (qui est Scrip-
tura Sacra,) dividuntur in Accentus U-
niversæ Scripturæ communes, & libris
vel Prosaicis vel Metricis proprios.

VII. Accentus universæ Scripturæ com-
munes sunt: Silluk ב Atbnach, ב Rvia.
ב Scbalscheleth. ב Zarka ב Pazer ב Psik.
Munach inf. ב Merca ב Mahpach ב Ferach.
ב Kadma ב.

VIII. Libris Prosaicis proprij sunt:

Zakeph. p. ע m. א ב Segolta, ב Tipchah
post. ב Paschta, ב Itbir ב Tvir, ב Karnepa-
ra ב Tlischam, ב Geresch ב Tlischba p. ב
Darga. ב

IX. Libris Metricis proprij sunt:

Merca Compos. ב Rvia Compos. ב Tip-
chah anter. ב Munach super. ב

¶ Libri Metrici hac continentur Abbre-
viatura: אמרת איזוב נ. ab initiali
literis, Job. ט משלו Proverbia Salomonis.

ת. הַהֲלִים. Psalmonorum Liber. qua Abrev. saepius appellabimus nominatos libros, quod porro bene observandum.

¶ Prosaici sunt reliqui omnes preter hos.

X. Ratione Loci Specialis dividuntur in Supernos tantum, Infernos tantum, Infernum & Supernum simul, & Collateralem.

XI. Superni tantum sunt, qui supra vocem tantum scribuntur: suntq;

Geresch, בְ Radma, בְ Karnepara, בְ Müach,
בְ (in Metricis) Pascha, בְ Pazer, בְ Rvia,
Rvia Compos. בְ Segolta בְ Schalschelet, בְ
Tlischba m. בְ Tlischba p. בְ Zakeph. m.
Zakeph. p. בְ Zarka. בְ

XII. Inferni tantum sunt, qui tantum infra vocem scribuntur: suntq;:

Atbnach, בְ Darga, בְ Ferach, בְ Ithiv. בְ
Mabpacb, בְ Merca בְ Munach inf. בְ Silluk
בְ Tvir, בְ Tipchba, בְ

XIII. Infernus & supernus simul est, qui partim infra, partim supra vocem scribitur.

Merca Compos. בְ

XIV. Callateralis, qui ad latus vocis ponitur: estq; Psik בְ qui tribus cum ministris legitimo Ordinario loco positis ita occurrit. i. בְ 3. בְ 2. בְ 1.

A 4

XV.

XV. Ratione Loci Specialissimi dividuntur in Præpositivos & Postpositivos.

XVI. Præpositivi sunt qui primæ vocis literæ semper adscribuntur: Suntq;

Tlischam. ב Tiphcha ant. ב Itbin, ב

XVII. Postpositivi sunt qui ultimæ vocis literæ semper appinguntur. Suntq;

Segolta ב Zarka, ב Paschta, ב Tlischam p. ב Quare autem hi interdum duplicati inveniantur, locati in penultimam vel aliam literam, vide infra Sect. II.

Cap. I. Memb. 2. Canon. 2.

XVIII. Ratione Officij dividuntur in Prosodicos & Syntacticos.

XIX. Prosodici, quatenus inserviunt pronunciationi prosodicæ.

¶ De illis Ḳ officio eorum bujus non est loci agere, cum de Syntacticis tantum acturismus.

XX. Syntactici, quatenus inserviunt Interpunctioni Orationis Ebrææ.

XXI. Ratione Officii Syntactici dividuntur I. in Genere, in Distinctivos, & Copulativos.

¶ Et de his proprie nostra est tractatio.

XXII. Distinctivi sunt qui voces a vocibus,

In-

Incisa ab incisis, pro diversitate sensus, vel magis vel minus separant: Suntq;

Silluk, בּ Atbnach, בּ Zakeph utrūg, בּ Segolta, בּ Tipbcha. בּ Schalscheletb, בּ Rvia, בּ Pasebta. בּ Zarka, בּ Tuir, בּ Merca Compos. בּ Itbiv, בּ Pazer, בּ Karnepara, בּ Iliscba. m. בּ Geresch, בּ Psik.

¶ Hi à Grammaticis solent appellari Reges. à JUDÆIS. מלכים. MÜNSTERUS Silluk, Segolta, Karnepara, Schalscheletb, Psike numero accentum Regiorum exclusit, neq; locavit inter ministros, sed neq; Reges neq; ministros esse dicit: Rationibus non sufficientibus. Quas vide in ספר הורקון Libr. Sing. de accent. ex El. Lev.

XXIII. Copulativi qui vocem suam sequenti annexunt, ut catenæ instar cohæreant. Suntq;

Merca, בּ Jerach, בּ Muwach, בּ Mah-pach, בּ Darga, בּ Kadma, בּ Tlischap.

¶ Hi vocantur Ministri, qvorum qvilibet singulares habet Dominos, qvibus serviat, de qvibus in Tabula seq. EBRAEIS משרתים dicuntur a R. נחמן Pib. Ministravit.

XXIV. Ratione Officii II. Dividuntur in specie In Dominum Absolute sic dictum & Dominos Respective.

XXV. Dominus absolute sic dictus, qui nulli subjacet, ideoque absolute vocatur Rex.

Silluk בָּ

XXVI. Domini Respective sic dicti sunt, qui quidem sua natura Domini sunt, semper tamen ad præcedentem majorem Dominum respectum habent.

¶ Sic Comes vel Dynasta Dominus sui territorij est, Ratione vero Cæsar is vel Imperatoris, cui subjacet subditus fit, respectumque habet ad Majorem Dominum.

XXVII. Domini Respective sic dicti sunt I. Duces, Comites, Dynastæ, Toparchæ.

XXVIII. Duces sunt Major Merca Compos.

בָּ In Metr. Minor Athnach בָּ qui tamen In Prosis maximus est, וְ Prosis Dux propri.

XXIX. Comites sunt vel Maiores. Zakeph utrumque בָּ וְ Segolta. בָּ Tiphcha. בָּ

XXX. Dynastæ sunt Maiores, Schalschelet בָּ Rvia. בָּ Minores. Pæschta בָּ Zarka בָּ Tvir. בָּ Ithiv. בָּ

XXXI. Toparchæ sunt vel Supremi. Pazer בָּ &

De Natura Accentuum.

9

בָּ & *Karnepara* בָּ vel Major. *Tlischam*. בָּ
vel Minor. *Geresch* בָּ vel Minimus. *Pshik* בָּ
XXXII. Domini Respectives sic Dicti sunt II.
aliorum Dominorum vel Distinctivi Ma-
jores vel Minores.

XXXIII. Distinctivi Majores sunt. Regis
Silluk, *Zakeph*. p. ס. m. *Ducis Albnach*, *Za-*
keph. p. m. ס *Segolta* &c.

XXXIV. Distinctivi Minores sunt. Regis
Silluk, *Tipchba*. *Ducis Albnach*, *Tipchba* i-
tidem. &c.

¶ Ita divisos Accentus EBRÆI vocant
notante MÜNSTERO. L.f.c. מחררְבִּם דָּא
רַדְפָּה persequvi. conseqvi, quasi conse-
quentes se invicem.

Cum a. difficiliora videantur, Tabula
haec proponemus omnia, in qua Propo-
netur 1. Naturalis Accentum consecua-
tio. 2. Eorum varia Divisio 3. Ministro-
rum Domini vel Dominorum Ministri-
rum in Libris Prosis, tum אַמְתָּה. De-
sumta est ne nostram faciamus, e CL.
LEDEBUHRII המכח ששלחת sta-
tim ab initio Libri.

TABU.

TABULA CONSECUPTIONIS NATU-

RALIS ACCENTUUM.

PROSAICORUM, L.

DOMINI.

SUBDITI

Conjunctivi Distinctivi

seu Ministri. Minores. Majores.

Regis. Silluk Merca Tiphcha Zakeph.p.m.

Ducis Athnach Munach Tiphcha Zakeph.p.m.
Sgolta.Comitis Zakeph.m.
maj. Zakeph p. Munach Paschta }
Sgolta Munach Zarka } Ryia
min. Tiphcha Merca Tvir }Dynastæ maj. Schalscheleth
Rvia Munach
Paschta Mahp.vel -- Psik
Zarka Merca
min. Tvir Munach
Merca v. Geresch 1. Tlischa
Darga m.
2. Pazer.

Jthiv.

Taparchæ Sup. Pazer Munach
Karnepara 1 Ierach
maj. Tlischa m. 2 Muuach
minoris Geresch Munach
minimi Psik 1. Munach vel
Kadma
2 Tlischa
3 Munach
Mahpach
2 Munach vel
Kadma

De Natura Accentuum.

ii

METRICORUM. f. אָמָן.

Regis	Silluk	Mun. sup. vel Munach. inf. Pfik vel Merca	R via cōp, vel Schal- scheleth.
Ducis	maj. Merc. c. min. Athn.	Ierach. Zarka Munach inf. vel Merca Tiphcha 1 Merca (ant.)	R via simp.
		R via c. 2 Merca	
Dynast	maj.	1 Merca 2 Mahpach	
		Merca vel	
	Rvia	Mahpach vel	
	Simpli:	Munach sup. Pfik Pazer	
		Merca vel	
Topar	min.	Zarka Munach inf. Tiph:as Munach inf.	
	maj.	Pazes Ierach Pfik	
	min.	Pfik Mahpach	

MEM-

MEMBRUM II.

AXIOMATICUM.

CANON. I. Ne Accentuum Synonyma imponant cuiquam, sedulo cavendum.

¶ *Synonyma accentuum varia sunt, que reducenda ad unum significatum, s. si- gnum potius variis nominibus appella- tum. Quo observato facile controver- sia de varietate & multitidine accentuum tolli potest. Optime itaq; Clariss. BUX- TORIUS, PISTORIUS & alij apparenter novos accentus tanquam Synonyma ac- centuum rejecerunt. Nos talem ponim- mus Synonymorum Typum, prout is qui- dem ex varijs Grammaticis concinna- ri potuit.*

¶ 1. Athnach. אַתְנָחָה etiam audit & quando cadit in primam di- ctionem סִחְפָּא Sacbapa vel חֲסֵפָא Chisapa appellatur. Ratio tamen nomi- nis ignoratur, volente MÜNSTERO Ex- cerpt. ex R. Eliæ Levite Lib. de Accen- tib. inscripto טב טעם ספר טב

¶ 2. Darga גָּלְגָּלָע Vocatur Schophar Galgal, quod est cornu invo- lutionis, notante PETR. MARTINIO. p. 184. Gram. Ebr. 3. ¶

¶ 3. Geresch בָּ, quod nescio quare MÜNSTERUS וְ alij Geresch vel Geres scribant. Alijs טרכ Os dicitur. JUDÆI GERMANI præcedente Kadma אֶזְרָא appellant. Duplicatum b. m. "בָּ Gereschbim גְּרַשִּׁים Terasim, vel Terasim omisso Schwa. vel טרסיין תְּרַסֵּיְם Terasim aut vel שני גְּרַשִּׁין Duo Gereschbin vel Geresch duplex, a quibusdam nominatur.

¶ 4. Jerach. וְרָחָבְנִיּוֹת alias יְרָחָבָן Je-rach ben Jomo, Luna filij diei sue. i.e. recens וְ primum nata. Melius dicitur auctoritate BUXTOREII יְרָחָבָן Zareach. alias גָּלְגָּל. Mirum quod R. J. ISAAC in typo suo non observavit, ponit a. ut תְּרַגָּאָד גָּלָגָּל ad גָּלָגָּל scribit, hac figura בָּ.

¶ 5. Iethiv. יְתִיבָּ Reversum. scil. cornu, alias שׂופֶר מִקְרָם Mukdam Cornu antecedens, præmissum. MÜNSTERO שׂופֶר מִשְׁפֵּל וְ Mukdam, scil. מוקדם Scho-pbar Maschpel, Cornudejiciens. Vid. PETRUM MARTINI. R. I. ISAAC ultimum notat.

¶ 6. Kadma. קְרָמָא בָּ Antecedens, alijs, וְ recte quidem, svadente MÜNSTERO אֶזְרָא azla, cum GERMANI JUDÆI alias Geresch

ym
lum.
que
f. si.
rella.
ver-
ntuū
Bux-
enter
a ac.
poni.
sgvi.
inna.

אֲחַנָּה
n di-
חֲסִפָּה
omis.
Ex-
ccen-

שׂופֶר
תְּנוּ-
o. p.
3. ¶

rescbָּו אולא vocent. Unus R. I. ISAAC Kad-ma etiam אשל Eschel appellari asseverat, quod nemus, arboretum significat vocatur ו Mazze.

¶ 7. Karnepara. קרני פרא ב Cornua vacca. Quidam ita formant ־ ־ ־ teste MÜNSTERO & R. ELIA LEVITA. R. I. ISAAC appellat פור גרוֹל ב. m. ב cum quo PETR. MARTIN. MEELFÜHRERUS, BELLARMIN⁹ ו c. consentunt.

¶ 8. Mahpach ב מהפְּך Schophar Mehüppach. Sed שופר הפוֹך R. I. ISAAC Schophar Happach, vel baphuc, cornu in-versum nominant.

¶ 9 Merca מרכא ב Productor, Melius juxta MÜNSTER. & R. EL. LEVITAM מארכא Maarcha fuerat appellandum. ab alijs vocatur מארכִח Maarich, prolongans. Quod tamen R. ISAAC non observat. Item מרכא פשוטא Merca Pescbuta. Productor minor. Merca Cephula מרכא כפולה merca duplex vocatur quando b. m. נ duplicatur. vel חרין חוטרין Thren Chutrin dua virgule, vel gemina virgula. Ex R. E. LEVITA ו MÜNSTERO. R. I. ISAAC omit-tit

tit Merca geminum cum non vidit illud
in Sacris. M. CONR. NEANDER Lib. de
Accent. de quo vide infra Can. 2.

¶ 10. Munach בָ Depositor vel מונח Cornu depositum, vel שופר ישר מונח Schopbar Jaschar, Cornu rectum. vel שופר הולך Cornu procedens, ambulans. Vocatur עלי Illui. Quando precedit accentum Athnach aut accentum Zarka, similiter quando uncit ante Zakeph ו scribitur sub litera secunda. Item מכרבל Mecarbel, quando precedit accentum Zakeph ו scribitur sub litera prima, notante b. verbis MÜNSTERO. L. f. alleg.

¶ 11. Paschta בָ Extensor, licet R. I. ISAAC ו R. ELIAS LEVITA, MÜNSTERUS. Cl. BUXTORFIUS aliud nomen non inveniant, observat tamen PETR. MARTIN. vocari Paset. p. 182. Gram. Ebr.

¶ 12. Pazer בָ Dispergens. Pazer gadol פזר גדול appellari observat BUXTORF. Sed liceat pace tanti viri corrigere mendum, פזר קטן Karnepara vocari hoc vero parvum supra observavimus. Sic quoque MEELFÜHRERUS, BELLARM. R. I. ISAAC. P. MART. ו alij appellant.

¶ 13. Psik. פסיק ב' ב' ב'. Cessator, Psika. Bene hic R. ISAAC observat contra plurimos לגמרי Psik esse Synonyma. Alias diversos fecerunt accentus. Psik enim cum appellarunt Legarme, quod interpretatur, solus, quod omnia alia Munachim ministrant, solum illud quod mox precedit virgulam Legarme, Regio fungitur honore. Verba MÜNSTERI sunt. Quod quare factum, dictum de facile ex sequentibus patescet. Vid. CONR. NEANDER. l.s.c.

¶ 14. Segolta סגולתא ב' Monile, vel alijs שרוי vel סגולתא Scherei observante R. I. ISAAC.

¶ 15. Silluk סלוק ב. Rabbini Synonyma faciunt סלוק ע סוף פסוק. Notante iterum R. I. ISAAC.

¶ 16. Tiphcha, ב' הפחה defatigatus. Alijs טרחא ע. MASORETH Autores vocant Meajela. BUXTORE. bac ratio est: Ante Athnach ע Sylluk uncatur Meajela. MÜNSTERO: Inveniuntur etiam octo loca in quibus Mercha ministrat regi Tiphcha in eadem dictione. Autores Masoreth vocant ipsum מאולא. b. ille.

¶ 17.

¶ 17. Tlischamagnum. בָּרוֹלָה גְּרֹלָה Evulsor magnus.

¶ 18. Tlischaparvum קְטַנָּה בָּרְבָּן evulsor vel eradicator parvus, assumunt nomina תַּלְשָׁה Talscha, vel תַּרְסָה Tarfa. Nomina רְסָא R. I. ISAAC Tlischha Ketannab tantum tribuit, alterum gedolab.

II. Accentus non sunt plures quam XXVI.

¶ Non convenit inter Ebraeorum Grammaticos de numero Accentuum quidam enim plures, quidam pauciores ponunt. Verba sunt MÜNSTERI. L. f. c. NEANDER Eretom. Gr. Ebrae ap. 178. Triginta accentus numerat. BELLARMINUS Gr. Eb. Part. 1. Cap. VI. p. 36. Triginta unus facit. Plures alii, alii pauciores habent. Addunt autem tanquam distinctos Accentus Legarme, Sopb Pasik, Illui, Mecarbel, Mazzæ, Meajela, Geraschaim, Merca duplex. Verum vitiouse et ex ignorantia quadam ab ijs illud fieri certum est, ut verbis PISTORII in Ench. Gramm. Ebr. Cap. VI. p. 99. n. 7. utar. Note enim istæ non novi sunt accentus, sed variant pro diversitate usus: notante BUXTORFIO Lib. 1. Thes. Hebr. c. 5. p. 55. addo, pro diversitate quoq; locationis. Quod

enim Legarme, Sopb Pasuk, Illur, Mecarbel, Mazza, Meajela Geraschaim sint Synonyma aliorum accentuum, supra Can. 1. diximus. Quædam adhuc notabimus. Mazza (quod quidem etiam Metbeg superius vocant.) est Kadma in una eademq; dictione veniens ante Zakeph katon, Num. XXVI. 45. למלך־ישראל Munach superius novus non videtur esse accentus, circumstantia namq; Locis tantum ab altero differt. Eodem modo & Tiphcha anterius à Posteriori discrepat hoc tantum notato, Tiphcha anter. esse Libr. נסיך proprium. Geraschaim est Geresch duplicatum quando vel nullum ministrum vel solummodo Munach habet. 2. Reg. XVIII. ii, Gen. XLIX. 31. Merca duplex non est novus accentus, aut enim est minister, duplicatus ut Geraschaim, aut est Dominus singularis. Minister duplicatus non est, distinguit enim uti ex exemplis patet Gen. XXVII. Ez. XIV. 24. Neque Dominus singularis est, quia non in omnibus occurrit Exemplaribus. Et paucissimis in Locis puta 14. Non enim observavit, R. Isaac, qui tamen speciatim circa accentus fuit

fuit occupatus, ut supra notavimus. Gaudet Ministerio ܒ Darga semperq; est loco Tvir. Itaq; LEDEBUHRIUS concludit: Videtur omnino esse Tvir singulare: L. 2. c. 1. num. IV. sectionis III. p. 397. quod ex omnibus circumstantijs patet.

III. Psik est vere Accentus.

¶ Et quidem Distinctivus, quod exemplis patet S. Scripturæ quamplurimis. Ubi interdum Punctum constituit, ut in Psalmorum inscriptionibus. Psalm. XXII. 1. Psal. XXVIII. 1. Ps. XXXV. Ps. L. & alibi passim. Illustrè exemplum Josue XXII. 22. quod Clariss. LEDEBUHRIUS ad Euphoniciū refert. Magis illustrè est Esther IX, 7. 8. 9. Ubi X. vicibus Psik sese in sequitur. Vid. SCHINDLERUM De Accent. c. 1. p. 7. Item p. 67. n. u. Item p. 79. MEELFÜHRERUM Inst. Ebr. Cap. 38. p. 155. M. CONR. NEANDRUM. Tract. sing. de Acc. cap. 2.

IV. Numerus accentuum non est nimius.

¶ Præcipue Distinctivorum. Non enim dijudicanda est lingvæ Ebraæ Interpunctio juxta Interpunctionem Latinam, quippe quæ non adeo accurate dividit orationem quæ Ebraæ. Nullam vero difficultatem parit

numerus ministrorū, et si superfluus videatur. Hinc Pl. Reverendus Ampl. Excell. Dn. D. CALOVIUS Praeceptor aeterna Lege colendus, in Critico S. p. 378. (contra NEANDERU Erot. p. 178. BUXTQRELIUM Thes. L. 2. c. 23. p. 600. & alios.) Quod ad Accentuum numerum attinet, ne is quidem superfluus censeri debet.

V. Tractatio Accentuationis est necessaria.

¶ Partim ob Generalem accentuum cognitionem, ne ignoremus quae ad Textum Sacrum pertinent: Imo quae Grammaticae sunt. Veterum namq; Ebraeorum dicterium est, quod refert C. NEANDER. Si vis in Grammatica esse perfectus; adjunge cor tuum, ut intelligas accentus. Verba Ebr. ibidem vide in Prefatione. Partim ob Specialem usum de quo Sectione II. Memb. 2. Male itaq; KYBERUS. l. i. Gramm. Ebrae c. 5. p. m. 28. Sciendum quicquid ultra duodecim supra memorata puncta adscriptum fuit apicum vel Notarum, omne id nomine accentuum censi, nibilq; ad lectionem in presentiarum facere. ERPENIUS Praef. Gram. Ebrae. Prætermisi quoq; doctrinā de consecutione Accentuationis, quodea pro-

prolixum tractatum requirat & usq; ad-
eò non sit necessaria. Errat quoq; AUTOR
Prologi OPERIS Complutens. qui ideo Api-
culos Accentuum in opere illo omissos esse
dicit, q; via tantum modulationi musica Ju-
daica inserviant. Non refutatione sed
commiseratione dignus, judicio Clariss.
BOHlij in Scrut. Sensus Script. Disp. I. n. 15.
Melius Clariss. BUXTORFIUS qui pauca se-
dicturum promittit, Thes. Gr. L. l. c. V. p. 46.
ut via amplior aperiatur alijs. Idem fecit
PISTORIUS Ench. Gram. Ebr. cap. VI. Nec
sinistre sentit NEANDER Erot. Ling. E-
brae p. 177. q. 1. Quæ Excell. Clariss. SEN-
NERTI Praeceptoris ac Hospitis multis no-
minibus devenerandi mens sit, dudum
percepim⁹. Vid. M. CONR. NEAND. Tracta-
tu sing. de Accent. Ebr. M. JONAS HAM-
BRÆUS Helsingus Svecus Instit. Ebr. com-
pendio, & Diss. sing. de Accentibus. Plura
de usu ac necessitate Sectione seq.

VI. Accentus suam habent antiquitatem.

¶ Prout varie de antiquitate Punctorum, sic
& Accentuum sunt opiniones, que in hanc
partim, in illam partim inclinat partem.
Vide de illa questione Excell Dn. D. CALO-

VIUM L.f.c. p. 375. Item Syst. Theol. Tom. 1^o
c. 4. q. 29. p. 728. Dn. D. SALOM. GLASSIUM
Philol. Sacrae L. i. Tract. 1. arg. 1. p. 14. Edit.
Francf. ab anno 1653. RAVANELLAM Bibl.
voce Apex. BUXTORFIUM utrumq; de anti-
quitate punctorum. NEANDRŪ Erotemat.
Ebr. Ling. p. 180. & 178. CAPELLUM in
suis AntiBuxtorfianis scriptis. JOH. CHRI-
STOPH. SELDIUM. Colleg. Theol. Loco. 2. c. 2.
Class. 1. q. 4. GERHARDUM in LL. CC. plu-
rimosq; alios, qui in hac questione desuda-
runt.

VII. Accentuatio Lingvæ Ebrææ est diffi- ciliſ.

¶ Non quidem in ſe & ſua natura, ſed pro-
pter conuisionem ortam ex ignorantia a-
miffæ optimæ ſcientiæ. Quanto enim ſcien-
tius priſca Ebræa ſedulitas in vero tam
variorum accentuum uſu exercendo ver-
ſata fuerit, tanto negligentius posterior
Rabbinorum etas ab eo remiſit, que uni-
verſum accentuum uſum pene inſuavis ca-
tillationis arte conuolutus. BUXTORFIUS L. 2.
Thesauri. c. 23. p. 600. & paulo post. Anoſtris
ſummo conſenſu excepta & ſerrata et ſi ac-
curatior optanda. Ubi L. 1. Cap. V. p. 32. item.

p. 45.

p. 45. plura in h. rem. Vide Exc. Dn. D. CALO-
VIQ Crit. Sacri L.c. Qvod autē: & qvæ seqvuntur, Id haud diffitemur, qui affereret, nedū qui
doceret atq; exponeret, sive e Christianis sive
Judæis hactenus inventum fuisse neminem:
Conatus tamen Ḳc. Calo Calonimus in calce
libri בטעמם in complem. ad Abrahami de
Balmis Gram. Ebr. multis deplorat amissam
accentuationem verbis. Et certe non pau-
ci maximam adhibuerunt operam in reno-
vanda hac re, prout fecerunt Reuchlinus,
Buxtorfius, Hieron. Opitius, Hutterus, quo-
rum opera an lucem viderint dubium est.
Isaacus Gronbeccius. R. El. Levita. Mün-
sterus, R. I. Isaac. R. Jehudah ben Bilham
cujus libellum edidit Robertus Stephanus,
Parisis A. 1565. Titulo הטעמי המקרה
peculiariter scripsit Tractatum
תעמי גספרים נמה De accentibus Libr. אמת R. Juda, de Acc.
Ling. Arabicā Calo. Calon. suppl. ad Abr. de
Balmis Gram. Ebr. Guilielmus Simsonius
Scoto Britannus Lib. de Acc. M. Conr. Nean-
der tract. singul. de Accent. M. Jonas Ham-
bræus Helsingus Svecus Dissert. Sing. de accē-
tibus Ebr. Ult illos taceam qui incidenter de
bac re. Ita tamen facilis reddita promovente

B S

pri-

primum Schindlero, opera Clariss. M. SAMUELIS BOHLII Gryphenberga Pomerani, cuj^o labores expolivit (præmatura enim morte ereptus ipse non potuit) auctis exemplis innumerabilibus, & edidit M. CASPAR LEDEBUHRIUS Coslino Pomeranus, qui omne suū Praeceptor i Bohlio acceptum refert. Cui & nos acceptum ut referamus, honestas jubet & prima laus inventionis. Conatus idem nuper Elias Schnegasse Gothâ-Tburingus, qui e Ledebuhrii libello Perspicua, ut dicit, Methodo Tabulas Synopticas conscripsit.

SECTIO II.

qvæ agit de
PÆDIA.

CAP. I.

De

FINE & USU ACCENTUATIONIS.

MEMBRUM I.

DOGOMATICUM.

Summa.

Divisio Finis Accentuationis, in Intermedium & Ultimum, Certum & Incertum. Primarium & secundarium &c. cum explicacione adducitur.

I. Finis Accentuationis est vel Intermedius vel ultimus.

II.

- II. Intermedius est vel certus, vel Incertus.
III. Certus est vel Primarius, qui versatur
circasententiam, vel secundarius, qui cir-
ca vocem.
IV. Primarius ratione Sententiae est Lectio
& Distinctio.
V. Lectio, quæ beneficio Accentuum ita
ordinatur ne comma, colon, punctum &c.
confundatur, separanda conjungantur,
conjungenda separentur.
VI. Distinctio, ut beneficio accentuum sen-
tentiarum spatia distingvantur.
VII. Secundarius ratione vocis est Pronun-
ciatio Prosodica & Mutatio vocalium.
VIII. Pronunciationi Prosodicæ Accentū
inserviunt, (paucis demitis) qui ad conso-
nam vocalem habentem ponuntur.
IX. Mutatio vocalium ab alijs sufficienter
exposita est Grammaticis. Qvos Vide.
¶ *Præsertim Hafenreffer. Revelator. Pun-*
ctorum Cap. X. p. 121. Buxtorf. in Thes.
Excell. Sennertum Gramm. Ebr. Lib. I. cap.
9. Reg. VI. p. 123. De his ne agamus prohibet
institutum. Vide Sect. I. m. I. n. 19.
X. Incerto Finis est *Harmonia Musica*, qui ex
Accentuum varietate probarivix potest.

XI. Finis Ultim⁹ est *Hermenēticus*, qvo Accent⁹ faciunt ad Interpretationē Script.S.

XII. Hic habet accuratā Versionē & emphasin.

XIII. *Versio*, qva beneficio Accentuum Textus Ebræus, in alias Lingvas accurati⁹ ratione distinctionis transfertur.

XIV. *Emphasis*, quæ beneficio accentuum eruitur e Textu sacro.

MEMBRUM II.

AXIOMATICUM.

I. Accentus accuratam pariunt Lectionē.

¶ Consistit hec lectio in pausa majori vel minori, pro distinctionis diversitate. Eadem bicratio L. Ebraeæ qvæ aliarum est, in qvavis cavenda confusio commatum, punctorum.

II. Accentus pronunciationi prosodicæ inserviunt.

¶ Marinus גן ערך p. 142. Videatur. Et Kyberus c. 5. in חרדוק יסור Buxtorf. Lib. 2. Tb. c. V. p. m. 33. Excell. Sennertus Cap. 2. Lib. 1. Reg. 2. § 4. p. 19. § 20. e Bibliandro p. 51. Locantur autem in consonam vocalem § Tonum habentem, ut קך. Sed Universale hoc non est, § perpetuum omnibus Accentibus: Distinctio namq; Accentuum, supra Sect. 1. M. i. n. XV. Data hic facit exceptionē. Primā enim

enim vocis consonam occupant Tlischam.
Tiphcha anterius & Itiv. Ultimam vero Segol-
ta, Zarka, Paschta, Tlischaparvum. Psik Lateri
vocis adscribitur, partes ejus Munach, Mah-
pach, Kadma ordinariam toni sedem servant. Si
Tonus incidit in penultimam aut ultimam Pa-
schat furtivo, vel Schva dupli donata, gemit
natur Paschta. Semel occupat, ultimæ fine conso-
næ, secundo toni sedem ut רוח פקחת זהן. Segolta, Tlischaparvum, Zarka idem fa-
cere observat Meellfuhreru s. p. 187. Vide Nean-
dr. Append. Lib. de Accent.

III. Harmonia Musica ex Accentuum va- riete probari vix potest.

¶ Nolo hic colligere Autorum testimonia pro
usu Musico. Cum omnium fere istis repletæ sint
paginae. Autor. Operis Compl. supra adduximus
Neander Vid. Erot. p. 177. & 178. Schikardus
& Blebelius Melodias accentuum addunt. Verū
si dicendum quod res, Valde dubia Usus Musici
videtur assertio, præsertim ex dato in Canone
fundamento. Judeorum assertio nobis credendi
necessitatem non imponit, qui nec ipsi usum hunc,
propriae namque exstant confessiones, intelligunt.
Nec probabile videtur Inscriptiones Psalmorū,
nam nec illæ destitutæ sunt accentibus, fuisse can-
tatas a Rabbinis. Vel ab ipso autore, v. g. Psalm.
XXXVIII. talis est inscriptio: למנצח לירותון Ein Psalm Davids vorzu-
fina.

singen auf Jeduthun. Idem esset ac si velimus germanice canentes præmittere, O Vater der Barmherzigkeit; Ein schönes Lied. Vel, Una voce, ad organū, cum Symphonia &c. Nisi negare velis Davidem non addidisse hanc inscriptionē. Quod si vel maxime concedendum, caderet tamē Universalitas hujus usus, qui merito per totū codicem idem esse debebat. Hinc factum Viros Clariss. rejecisse usum hunc. Videatur Bohemus Gram Ebr. c. 7. p. 39. Buxtorfius Lib. 1. cap. V. Th. Neand. Erotam. ita de Musica ex accentibus. Sed maneant hæc ut sunt: Cantillent Judæi cum suis accentibus, nos aliud spectamus in discenda Lingua Ebræa &c. Afferuntur tamen plurimorum autoritates, quæ nude rejiciendæ non sunt. Videlum itaq; an medium inveniri possit quod & Autoritatem tribuat Autoribus, & difficultates tollat, quod si consecuti fuerimus, gratumerit, sin minus, nemini litem movebimus, Nec opinionem nostram obtrudemus. Neander e Libro Coldræ affert Testim: Accentus &c. cantusq; modulationē aliquā induentes. Quæ verba cōtrariantur Harmon. Musicæ, & indigitare videntur Pronunciationem orationam, quæ aliquam agnoscit modulationem, quæ vocem attollit sēpe, deprimit sēpe, inflectit modo, modo acuit, modo remittit iterum. Est n. vox nervis similis, nam quo remissior, hoc gravior est: quo intentior, eo acutior. Ipsæ Iotterrogationes attollunt vocem in fine, alias

lias deprimendam. Quæmutatio & alternatio
gratissima est auribus nam &

cytharædus

Ridetur chorda qui semper oberrat eadem. Hac
in parte ne peccarent veteres, & Movotovia na-
noφωνία pareret, meliusq; & convenientius vox
attolleretur & deprimetur, babuere Pbonascos
qui vocis modos ac tenores regerent. Quod no-
rum vele Grachi Fistula concionatoria , prout
Ammianus l.30. vocat. Quam Quintilianus
Tenarium, Hero in Pneumat. Phtongarium ap-
pellat. Vid. Gellium Noct. Atticarum l.i.c.ii quā
præmissis nonnullis ita: Qui hoc comptiq; memo-
riæ prodiderunt, stetisse in circumstantibus di-
cunt occulus, qui fistula brevi sensim graviuscum
sonū inspiraret ad deprimendum sed andūgē
impetum vocis ejus. Cicero videatur. Val. Ma-
ximus Lib. VIII. cap. X. n. i. Vossius Inst. Ora-
tor. L.VI.c.X. Membr. 2.p.508.509. Quod si hoc
intellectum velint autores, vel exactum pronū-
ciandi morem ex accentuatione desumptum fuis-
se, non est quod litigemus. Adde moderationem
vocis in oratione ad Quintam usq; ascendere &
descendere, termino Musicis usitato. Talem autē
hic intelligi Musicam absurdam non est. Intel-
lige itaq; si volueris moderationem vocis, quam-
vis tamen nec eam certò afferamus, cum tentan-
da via sit, antequam approbetur: & lis confecta
tota videbitur.

IV. Accentuationis usus in Hermeneia ma-
ximus est.

Ago

§. Accentū ratio Scripturæ S. Interpretibus sit cognita. Accentuū n. observatio plurimū ad Scripture sensū facit: quin sine accentuum observatione fere dextre explicari nō potest. Bohliq. Scrutinio Script. S. Disp: i. Th. 4 5. 6. De his hactenus nemo dubitavit, nisi illos demas, qui Accentus minutias apinas & tri- cas Grammaticas quæ non nisi morosissimos scrupulosissimos qz & fastidiosissimos κυριων εργας autores habeant. Revel. Punctorum Cap. 16. Lib. 1. p. 136. Vide Buxtorf. L. sc. qui optime de usu Hermetico. Huc spectant Rabbinorum Encomia plura. Vid. Calon Calonim. In s. c. l. ab initio Libri בטעמים. AbenEsra scribit. Quæcunqz expositio non fuerit juxta rationē accentuum ne acquiescito ei, negz audias eam. Idem, Accentus animam vocū appellat voces corpora. Comm. in Exod. XX, 1. Item Deut. V, 5 R. Salomon Jarchi in comm. suis plurimis locis scribit. h. m. Accentus Scripturæ evincit hoc. Idem Ezech. I, ii. exemplum de ופניהם addit, quod videsis apud Buxtorfium. Quid Sohar Chasdach זוהר חרש de accentibus sentiat Buxtorfius item observat Biblioth. Rabb. Liter. 1. p. m. 338. Vide quoqz Dannhavverum, Herm. Sacr. Art. 6-§. 7. p. m. 144 seq.

V. Sensus Emphaticus elegantissimus est.

Exempla in Sacris sunt infinita, in Psalmis præser-
tim & Prophetis. Es. XIII, 16. XXXVII, 36. &c. De
hoc usu, Vir. Pl. Rev. Clar. M. JAC. SOMMERFELD
Eautor & Amicus colendissimus, Tractatus singula-
ri aliquando plura: quo me referto.

co-
ure
fere
ipt.
vit,
tri-
ru-
sus
ib. I.
me-
uri-
ibri
sitio
cito
vocū
tem
uri-
ncit
dit,
Chas-
tor.
338.
6-§.

ser.
. De
ELD
ula-




ULB Halle
002 422 050

3



VG AA


Z



Farbkarte #13

B.I.G.

Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19
Centimetres	2.54	5.08	7.62	10.16	12.70	15.24	17.78	20.32	22.86	25.40	27.94	30.48	33.02	35.56	38.10	40.64	43.18	45.72	48.26



4.

בָּהֲנוֹן
לְעַמִּים
seu de
ACCENTIBUS
EBRÆORUM
Exercitatio.
Qvam
*IN ALMA WITTENBERGENSIUM
ACADEMIA
Publico Eruditorum Examini
proponunt*
PRAESES
M. CONRADUS TIBURTIUS RANGO
Colbergæ-Pomeranus.
&
Respondens
BARTHOLOMÆUS GADEBUSCH
Treptoæ-Pomeranus
Ad diem 14. Jul. Horis matutinis.
In Auditorio Minoris.
— — — — —
WITTEBERGÆ,
Typis JOBI WILHELMI FINGELI,
Anno 1660.